

Johann Huswedel

**Programma Quo Proreector Academiae Rostochiensis, Joannes Huswedelius  
Philos. Pract. Profess. ad exequias quas Coniugi suae desideratissimae  
Catharinae Pauli, Vir ... Dn. Albertus Heinius, I.U.D. & Historiarum Professor  
Paratas cupid, Omnes omnium ordinum cives Academicos invitat**

Rostochii: Pedanus, 1633

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776217224>

Druck    Freier  Zugang



Huswedel, J.,

in

C. Pauli,

uxor. A. Hein.

Rostock, 1633. /a

17.







PROGRAMMA  
Quo  
PRORECTOR  
Academiae Rostochiensis,  
**JOANNES HUSWEDELIUS**  
Philos. Pract. Profess.  
*ad exsequias*  
quas  
*Conjugi sua desideratissima*  
**CATHARINA**  
PAULI,  
*Vir Clarissimus & Consultissimus*  
**DN. ALBERTUS**  
HEINIUS, J. U. D. &  
Historiarum Professor



Paratas cupit,  
Omnes enim ordinum cives Aca-  
demicos invitat.

ROSTOCHII,  
Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.  
ANNO M. DC. XXXIII.



Nnus, quem ante septimanam  
quasi tres, mutuis gratulationibus  
& faustis precationibus auspicari  
sumus, Consultriss. Viro Dn. AL-  
BERTO ALBERTI  
FIL. HEINIO J. U. D. & Hi-  
storiarum hac in Academia Profes-  
sori clariss. collegae & amico nostro  
honorando, hanc sane feliciter & auspicato illuxisse videtur.  
Et si enim signa ad felicitatem futuram & letitiam, non isto  
tantum anno, sed plurimis alijs deinceps, adeoq; tota vita,  
imò posse obitum quoq; duraturam, apparerent: tamen pro in-  
dole & ingenio rerum humanarum, ea subito mutata sunt, &  
in eventum conversa planè contrarium, qui vulnera doloremq;  
cordi, tristitiam vitæ, luctum & plancium supersticibus ar-  
tulit ac reliquit. Cum Deus Opt. max. autor conjugij uxori-  
rem, quæ instar palmitis uberi Proventu gravidi & coma cing-  
gentis viriditudinem, aetate, forma, corporis dignitate, cultu,  
animo, moribus, verbis & gestibus maritum exhilararet,  
ei dedisse: solum, qua virtutis paternæ avita, proavita  
spem adferrebat, quoq; ostendit, nec ostendit solum, sed & in  
manus tradidit: ista vero ἐφύπερ omnino multo citius  
discessit, quam accesserat: ita quidem, ut cum lectuli, in quo  
subuerat, locus vix concaluisse: non minorem luctum paren-  
tib; moriendo attulerit, quam dolorem senserat mater in pa-  
riendo. Vulnerus ergo hoc erat grave quidem & immane, in  
corde parentis φιλοσοφæ, (fructus enim isti primuli magis  
delecta-

delectare solent etiam horculatum, quam qui ceteris annis suc-  
cedunt, sed curabile ramum: nam & arbor superfites erat, que  
alios quoq; fructus posse promittere, atq; ita hujus primuli  
desiderium vel plane extinguere, vel saltem lenire & mitigare.  
Sed accessit alterum quoq; vulnus, ut muleo gravius & impa-  
nius, ita longè acerbiori cum dolore conjunctum, adeoq; nisi di-  
vina quadam ratione curetur, lethale. Periit enim, (sic illi  
qui in hoc dolore constiterunt sunt, & opinantur, & loquuntur)  
non res tantum, sed ipsa quoq; spes: quasi arbore succisa, nihil  
restet, quod mestum consolari, quod adflictum erigere, quod  
saucium sanare posset. Et sane, si verum fateri volumus, hu-  
manam rationem securi, habet mestissimus viduus, quod jure  
doleat: siquidem ea uxore carere cogitur, in qua nihil deside-  
rabat omnium, quæ ad humanam conjugij felicitatem requiri  
videntur. Quod ut ita esse appareat, paucis & primis quasi  
lineis, pro modo spatij, quæ fuerit, quibus corporis dotibus, qui-  
bus animi prædicta, quem finem vita nostra sit, indicabimus.  
Nata est ergo CATHARINA PAULI, anno 1602, die  
19. Decemb. ex parentibus honestis, primarijs, & hac unica  
filia quoq; præter ceteram fortunam, beatiss: Patre quidem  
Dn. SIMONE PAULI spectatiss: & eruditissimo Viro,  
trium ducum Megapolens per totos 30. annos Secretario fide-  
liß. qui ne bellorum funestissimorum incendia, & ex ijs natas ca-  
lamitates videret, anno 1524. cum initia turbarum his terris  
gliscere inciperent, per placidam mortem à DEO ex hac vita  
vocatus eſt: Matre vero MARGARETA Hagemeistersi  
fæmina lectissima, & omnium matronalium decore conspicua,  
quæ hujus unicæ suæ, ejusq; obedientissimæ filiæ obitum, turbato  
naturæ ordine, præmaturum, nunc acerbissime luget. Avus  
paternus D. SIMON PAULI meritis in Academiam &  
Ecclesiam, ita notus eſt, quippe Profess. primarius & Rosto-  
chensis

chienſis Eccleſia Superintendens, tum vita innocentia & scri-  
ptis, meram piecaram ſpirantibus, clarus, noſtra commemora-  
tione minimè indiget, præſertim cum antebac plus ſemel ab aliis  
id præſtitum fit. Avia paterna commendariſſimæ pietatis  
matrona, erga DEUM & proximum præcipue, ſi quem in opia  
rerum neceſſiarum laboranteem, vel alias adſlictum, & miſerū  
videret CATHARINA Prengers, ex præcipua hujus urbi  
PRENGERORUM familiā ſuarum virtutum ſemina huic  
ſua nepti transmisit. Ayus maternus. Vir ſpectatiff. & In-  
tegerrimus Du. GEORGIUS Hagemiſſer Divi ULDARI  
Cl. Principis Megapolit. laudatiff. Secretarius, quoad vixit,  
fideliſſimus, cuius filius patri cognominis, præcipue dignitatis  
civis ordini noſtro faventiffimus, etiamnum apud nos vivit.  
Avia materna REGINA Krügers, ex primaria CRUGE-  
RORUM Gufiroviensium familia, matrona honestiſſima  
juam quoq; partem ad hujus noſtræ defunctæ doces ac virtutes  
contulit. Iſtis enim ore a majoribus, ea indole prædica, iſtis  
exemplis inſtructa, non potuit non ad ſimiles virtutes uſq; à re-  
nerti unguiculis adſpirare, ita ut ſuperſtites eo etiam tempore  
avia in prima ſtatim etate multis & manifestis indiciis futu-  
ra felicitatis oblectaret. Qui ſecuti ſunt anni puellam ſuis ar-  
tib. imbuerunt, donec Anno 1612. cum Illuſtriff. Princeps DN.  
ADOLPHUS FRIDERICUS patrem defunctæ Gufirovia  
Suerinum avocaret, eodem cum parentibus translata eſe:  
ſed valetudine hauſ uſq; adeo propria, & ita quidem, ut parentes  
quantumlibet inviti, hoc ſuum delicium, hunc unicum ſui conju-  
gij floſculum ex oculis & manibus agrè dimitterent, ac mutandi  
aeris cauſa, Roffochiensib. amicis commendarent. Quæ migra-  
tio in etate tam tenera cum periculo non ſemper vacet: tamen  
hujus tum virguncula honestiſſima indoles, & animus nullius  
macule ſibi conſcius, ita crevit & omniū virtutum iſti etati.

Sexui convenientium ornatū instrūctus & confirmatus es<sup>t</sup>,  
ut haud sciam, an sub oculis parentum, inter manus matris dilig-  
gentissimæ, rectius & felicius formari potuisset. Fuit enim non  
raro, ut stirpes teneræ ex nativo solo in aliud cælum solumq;  
translatæ, non minus feliciter floreant crescantq; imò etiam fe-  
licius, quam si consueto loco mansissent; cuius tamen rei alia  
in stirpibus cause deprehenduntur à studiosis earum rerum,  
alia vero in humano ingenio, nec hoc loco curiosius inquirende,  
nec operosius explicanda. Res i<sup>s</sup>a sane appetet. Corporis  
quidem vidimus dignitatem in e<sup>t</sup>udie plebeiam, oris venu-  
statem ac speciem decoram, decet civitate sic temperatam, ut  
quaqua incederet, omnium: m haud raro, ut habitet in  
ornato corporis domi<sup>i</sup>nus animus parum decorus &  
ornatus. Hæc vero n<sup>on</sup> erat ea pietate, ut non externo culpe  
gestu magis, quā vita ac moribus restaretur, DEU<sup>M</sup> esse quē  
occulta cordis inspiceret, qui obedientia parentib<sup>us</sup> præstanda,  
qui castitate, puritate & caritate coli vellet: Erat ea probi-  
tate, ut neq; parentes à quibus aborat, neq; curatores, quorum  
in oculis quoridie versabatur, offenderet; amorem vero omnium  
amabili candore morum, suavitate affabili, quam verecundia  
temperabat, provocaret. Quo factum es<sup>t</sup>, ut cum paulo con-  
firmator annis & ætate esset, Suerinum ad parentes reversa  
Anno 1620. Ampli<sup>s</sup>. & Consultissimus Dn. MICHAEL  
BRUNS, Illustrissimi Duci<sup>s</sup> DN. ADOLPHI FRI-  
DERICI Domini nostri clementissimi, consiliari<sup>i</sup> prudentiss.  
& fideliss. Vir cordatus, & de hac provincia bene meritus, in ma-  
trimonium eam legicimè petere ac impetraret. Fuit illud con-  
jugium suave quidem, sed absq; sobole, nec diuturnum. Namq;  
& illum divina providentia tempestati jam tum imminenii  
subduxit, & Anno 1626, his terris ereptum, cælog<sup>z</sup> assertum ex-

frateli jactum, quod dicitur, in tunc collocavit. Hujus igitur conjugij tempore suas virtutes eo amplius explicavit, quæq; adolescentula didicerat in officio Christianæ fæmina & uxoris, sedula pœstis, dum viri amans eum observabat, ei obsequebatur, curam ejus & sollicitudinem comitare & commode dicere sua minuebat, sapè etiam ad tempus reddituras pellebat, ipem principis implorantibus apud maritum pœsto erat, eau jam ei misericordum commendabat, omnibus oporeuna, adversæ nemini, sic ut apud omnes ejus libet conditionis homines laudem sibi facile pararet, nec solum vivo marito, sed & defuncto, nihil minori in precio & honore esset. Ergo vidua quidem erat post hujus mariti obitum, idq; toto quadriennio, nec esse desijsset, nisi facies istorum temporum indies pejor & periculofior murandi proposici necessitatem ei attulisset. Quibus ergo artibus priorem sibi virum conciliauerat, easdem sibi iterum advocationes putavit, Pietatem, precationem, modestiam, alias ex mundo muliebri, quem in animo habebat instrutissimum, depromtas, ijsq; Cl. virum Dn. ALBERTUM HEINNIUM Dn. ALBERTI senioris filium JC. & bistoriarum Professorem, ita in amorem sui rapuit, ut ille nisi voto suo potiretur, sibi quiescendum haud existimaret. Vidimus ergo felicissimos conjuges in fœdus matrimonij coentes, ijsq; omnia fausta & felicia ex animo precatis sumus. Et hactenus quidam vota minimè irrica fuere: Nam neq; in gratiam redijisse unquam audiri sunt, & fecunditatem tempus attulerat, cuius gaudia non tantum parentes futuri, sed & avia, cui semper suam pieratem filia probaverat, certa spe jam præceperant: nec sane frustra. Videbat enim iam certa mater filiolum HANNÆ quidem artibus inpeaturum, sed RAHELIS fato editum: hoc tamen fati discrimine, sane febilioris, quam illud, quod hujus doloris filius ipsam quoq; matrem

matrem in hoc ieiunere præcesserit, & patrem simul orbum &  
viduum in luctu & lacrimis reliquerit. Quæ cum ita sint,  
baud injuria Dn. Collegam viduum hoc tanto, tam in ex-  
spectato casu dolere arbitramur: Verum, ne malos chirurgos  
imitemur, qui cum vulnera exacerbarunt, in curando postea  
deficiunt: potius remedia proferamus, quæ viduo ipsi baud  
dubie in promptu essent, nisi animus nebulis dolorum obductus  
jaceret. Erige v. DEUS, & nebulas istas verbi sui radio dis-  
curset: Spiritumq; efficacissimæ consolationis reddet. Nos ei  
suam conditionem statuimus ante oculos, virum DEUS esse  
voluit, esse eruditum, esse Christianum. Virum dico, non ut  
avarænotias indolentiam & amœbias imperem, sed ut ge-  
nerosum athletam præstet, qui specimen virilis & robusti ani-  
mi palam exhibeat, non solum cädendo adversario, sed &  
plagæ, quæ infligitur, generose ferenda, & spartana quadam  
nobilitate concoquenda. Eruditum facit weeping: Igitur  
nec committat, quod ineruditum vulgi ex more & con-  
suetudine facit, lugere, ejulare, peccatum plangere, capillum  
vellere, plebejum esse & frequens. Eruditus rectam rationem  
sequatur, quæ monet, mortales esse qui nascuntur, homines  
qui moriuntur: nec quemquam vel plebejum esse arbitor, qui ea  
lege ducat uxorem, ut sit immortalis, aut liberos gignat, ne mo-  
riantur: quæcunque videmus, vel iam mortua videmus, vel  
moriturae: obeunt noctesq; diesq; Astraq; nec solidis prodeft; sua  
mechanica terris. Hominis igitur cuius cunq; immortalityem  
qua franco nobis promitteremus? Non finit hoc recta ratio:  
qua Deum, sublato quasi digito, nobis ostendit, eumq; ut relata  
consuetudine & vulgo errante, non errantem sequamur, præ-  
cipit. Christianum deniq; si se quis profiteatur, nec titulo solum  
sed revera, non solum is non dolebit, hoc vel illo casu, quantum  
vis gravi, acerbo, duplice, sed gaudebit quoq; se militem suo Im-  
peratori

peratori curae esse, ad labarum free signum sui ducis identidem  
oculos diriger, nec nisi in illo sibi victoriam promittet. Quod  
cum defunctæ nostra jam contigerit, viduus noster se quoq; vi-  
rum & eruditum & Christianum recordabitur, qui olim & filio-  
lum & conjugem, dilectissima corcula, quæ præcesserunt, sic secu-  
turus, eorumq; visu & complexu in aeternum gavisurus. No-  
strum ergo cives Academici, officium hoc insuper à nobis postu-  
lat, ut affectum nostrum viduo mæstissimo declaremus, & vi-  
cem ejus nos quoq; dolere ostendamus. Meretur hoc non solum  
ipse, sed parens vir Amplijs, qui filij cladem, suam esse  
jure dicit, eo magis quo plura ejus in hanc Academiam & Iuris  
principiæ studiosam juventutem collata sunt & adhuc confe-  
runtur beneficia: merentur utriusq; familia majores de-  
fanci, in quos ne simus ingratietiam videndum esse. Ostende-  
mus vero, si funus prosequamur frequentes. Nec sane ali-  
ter facere possumus, si pietatem videamus, & caritatem, qua  
monet, ut faciamus alij, quod nobis factum velimus, & fragi-  
litatis nostre memores, nos Deo seruis precibus commendemus.  
Cœcerum conventus funeri indictus fuit hora media prima in  
templo Jacobæo. P. P. sub sigillo Rectoratus Anno 1633.  
die 21. Januarij.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776217224/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776217224/phys_0013)

DFG








Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776217224/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776217224/phys_0016)

DFG

matrem in hoc iinere præcesserit, & patrem  
 viduum in luctu & lacrimis reliquerit.  
 haud injuria Dn. Collegam viduum hoc  
 spectato easū dolere arbitramur: Verum,  
 imicemur, qui cum vulnera exacerbarunt  
 deficiunt: potius remedia proferamus, q  
 dubie in promptu essent, nisi animus nebulu  
 jaceret. Erige v. DEUS, & nebulas istas  
 curiet: Spiritumq; efficacissimæ consolationis  
 suam conditionem statuimus ante oculos,  
 voluit, esse eruditum, esse Christianum.  
 ardentias indoleniam & ardoriam in  
 nerosum athletam præstet, qui specimen vi  
 mi palam exhibeat, non solum cædendo  
 plaga, quæ infligitur, generosè ferenda,  
 nobilitate concoquenda. Eruditum facit  
 nec committat, quod ineruditum vulgo  
 suerundine facit, lugere, ejulare, peccus  
 vellere, plebejum esse & frequens. Eruditum  
 sequatur, quæ monet, mortales esse qui  
 qui moriuntur: nec quemquam vel plebejum  
 lego ducat uxorem, ut sit immortalis, aut lib  
 riantur: quæcunq; videmus, vel jam mo  
 moritura: obeunt noctesq; diesq;. Astraq; ne  
 machina terris. Hominis igitur cuius cu  
 qua fronde nobis promitteremus? Non fin  
 quæ Deum, sublato quasi digito, nobis ostend  
 consuetudine & vulgo errante, non erran  
 cipit. Christianum deniq; si se quis proficeret  
 sed revera, non solum it non dolebit, hoc ve  
 sit gravi, acerbo, dupliciti, sed gaudebit quoq;



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 032